

erat, non quã venerant redire, sed totum mundum circuire vo-  
 A lentes, ab Oriente in Occidentem rectã procedunt. Et Trin-  
 itas quidem in novum orbem properans, ut ibi reficeretur, in  
 Lusitanorum venit potestatem. Victoria verò Lusitanis elap-  
 sa, cum 18. vektoribus, quibus præerat Joannes Sebastianus à  
 Cano, post enavigata duodecies mille miliaria nostrat-  
 ra, post sexies sine læsione transmissam torridam zonam, ter-  
 tio tandem anno, quam ex Hispania solverant, eodem cum  
 maxima Regis Catholici voluptate redierunt, cum diem unum  
 in Calendario anticipassent: nam diem illi Mercurii putabant  
 esse, cum dies esset Jovis, Sebastianus à rege arma gentilia ob-  
 tinuit, Orbem terrarum, hoc addito symbolo, Sic primus  
 Geometres. Pet. Cieza tom. 2. rer. Indic. Bemus lib. 6. hist.  
 Ven. Jo. vovius lib. 30. Hist.

BLASCO Nonius Hispanus diu pervagatis Patriæ terræ, &  
 Dacienæ regionis littoribus, Isthmum reperit ad Uranam si-  
 num centum passuum, quo duo ingentia maria dirimuntur.  
 Itaque brevior transit ab America, quam per Moluccas  
 quærens, e jus tractus regulis, aut muneribus delinitis, aut  
 cruenta acie subactis, quatuor castella, ut commentibus ab  
 utroque mare tutissimum esset receptus, opportunis intervallis  
 B constituit, edificata etiam classis in proximo portu, cui D.  
 Michaeli nomen fuit. Caterum dita auri sitis, novique imperii  
 libido, Blasci animum non multo post occupavit, eo rerum  
 exitu, ut affectati regi crimine damnatus, capite plecteretur.  
 Indignus, hercle, eo supplicio, nisi perfidiosè descisset, quod  
 ad lavam longo tractu Peruana, & Cuscaena regna auro, &  
 gemmis scærentia, successibus Francisco Pizarro, & Diego  
 Almagro demonstravit. Jovius l. 24. & Cieza Tom. 2. c. 62.

HENRICUS VII. Anglorum Rex, amiffa occasione, quam ei  
 primum Christophorus Columbus obtulerat, successum ad-  
 mirabilem Indicæ navigationis audiens, Sebastianum Gabo-  
 tum Venetum cum duabus navibus misit, ut via longè bre-  
 viore per Septentrionem ad Moluccas penetraret, quam Lusi-  
 tani per meridiem. Gaborus ccc. secum assumptus, supra pro-  
 montorium Laboratoris dictum, Islandiam versus navigavit:  
 C Mense Julio summum erat gelu, & impetu fluminum delata in  
 Oceanum glaciæ frusta maxima navibus occurrerant tanta  
 vi, ut de ireti Septentrionalis angustius penetrandis planè de-  
 speraret: versique in Occidentem velis, Baccalarum terram  
 reperit, litora legit ad 11XL. gradus inde reversus est Angliam.  
 Hinc Galli, & Dani ad Baccalartos navigare coeperunt, præci-  
 pue verò Franciscus Carterius Gallus circa annum Salut.  
 1534. Petr. Cieza Tom. 2. hist. Peruvia.

FERDINANDUS Cortesius XL. navibus cum D. Hispanis res  
 in Indiis novis gessit amplissimas, expugnavit Tabalcum, Mex-  
 icum, Morechzumam, novam Hispaniam, & multa alia re-  
 gna ædificavit: ut quantum tempore superioribus cedit, tan-  
 tum magnitudine rerum getarum illis antecellat. Idem Tom.  
 2. cap. 50.

Insulas fortunatas, quas Canarias vulgò dicunt, circa an-  
 num Salut. 1393. quadam collecta manus militum invasit, &  
 prædam inde abulit opimam, Henricus III. Tarraconensis  
 Rex petentibus equitibus quibusdam feudum eorum loco-  
 rum, si occupare ea possent, concessit, Inter quos facile prin-  
 ceps erat Joan. Betancur Gallus, intercessione Roberti Bra-  
 camontis Admirantis Franciæ: qui titulo regio tres ex his in-  
 sulis occupavit circa annum Salut. 1417. Et sic Gallus ho-  
 mo dignum ad fontem intendisse hoc est, viam Indiarum  
 D navigationum commonstrasse videtur: quam Italus post  
 Columbum magno conatu, parique successu arripuit. Cieza  
 Tom. 2. cap. 22.

Britanni, Septentriones, nova in Moschoviam navigatio-  
 ne, abhinc annis viginti plus minus, illustrarunt. Nam bel-  
 lis Suecici à Moschovitarum, Narvicque Livoniæ exclusi  
 commercio: iter ad illos Oceano, hinc Norvegiæ, Finmar-  
 chiæ, Lappiæ, Scythiciæ, Biarmique, illinc Groenlan-  
 diæ litora prætervechi, ultra septuagesimum latitudinis aequi-  
 lonaris gradum sibi patefacere. Quam navigationem Belgæ  
 postea, non sine tamen cum iidem Britannis velitatione,  
 sunt secuti. Eò vehunt argenti veteris fragmenta, lineasque  
 velles propè detritas, omnique generis minuitores merces,  
 ad usum, cultumque corporis hominum utriusque sexus, velu-  
 ti lineæ, & Byflea cingula, perisclides, crumenas, cultros, &  
 id genus sexcenta. A Moschis autem, pelles omnis generis  
 pretiosas adferunt: tum Salmones salitos, fumoque duratos.  
 Qui enim eas provincias frequentant, piscatores propè omnes  
 sunt. Solutum Belgæ ex Batavis circiter Idus Martias, ut ante  
 Solutium æstivum eò naves appellant. Moschi enim in li-  
 tore Borcali sedes non figunt: sed circa æstatem eò, piscatio-

nis & com, ga arj-erim tantum se conferunt: postea, ad-  
 ventante hyeme, domum revertuntur: coque nomine merca-  
 tores in continentem ad eos commoant. Nec illic ultra septem,  
 aut octo hebdomadas hærent, ne ab asperitate ingructis hye-  
 mis obruantur. Jo. Metellus.

Batavi quidam Carolo V. Imperator contra Gallos bellum  
 gerente, ne in Gallorum manus incidere, et Canaris in-  
 sulis, cursu ad Boream flexo, & per Orcaides, & Hæbudes,  
 indeque per Oceanum Germanicum, & Sebaffiano Dormanò,  
 Schiedamensi Batavo Navarcho, in Zelandiâ Veriensem  
 portum, maxima commetatus inopia prælii, pervenere. Joannes  
 Metellus.

RERUM NATURALIUM QUARUMVIS.

Prometheus ignis inventor fuit, cumque in cava ferula è  
 cœlo in terras detulisse dicitur, quod ex ferro, & silice ignem  
 extunderet, & in ferula servare docuerit, teste Plin. lib. 7.  
 Diod. l. 5. diserte materiam, qua ignis fovetur, ab eo in-  
 ventam ait. Athenis certè in Academia ardentes lampades fe-  
 rentes in urbem decurrere, ab ara Promethici, quæ illic est,  
 confueverunt, & ejus lampas non fuerit extincta, is victor  
 proclamatur. Paufan. in Act. At verò Argis in templo Apol-  
 linis Lycii ignem Phoronice accendere confueverunt: neque  
 F Prometheum, sed Phoroneum ignis inventorem esse ajunt.  
 Paufan. in Corinth.

THALES Milefius primus immortalis animos asseruit. Ex  
 Chærolo Poeta refert, Laert. l. 1.

Anno à partu Virginie 1490. cum in Buthquaniam Scotie  
 regionem ad Pethlege castellum, fuchibus lignum putre  
 veribus plenum ingens delatum esset, eo terra diviso conse-  
 stum erupit multitudine partium venientium, aliis adhuc rudibus,  
 aliis membra quædam formata habentibus, partim etiam jam  
 formatarum perfecte aserum, Clakis dictarum, inter quas  
 quedam plumas habebant, aliæ implumes erant. Itaque res  
 miraculo stupentes, jubente Domino in templum D. Andrea  
 Tyre (pago cuidam nomen est) lignum comportant, ubi &  
 hodie manet, undique sicut à verbibus perforatum. Hujus si-  
 mile duobus subinde annis in Taum ætu appulsam ad Brute  
 castellum multis accidentibus ostensum est. Nec diversum  
 est, quod exinde duobus rursum annis Lethi portu Edimbur-  
 gensi universum populum spectare contigit. Ingens enim navis  
 cui insigne Christophori erat, ubi tres perperuo annos ad  
 unam Hebridum in anchoris stetit, huc subvecta, plena  
 omnia exelis trabibus, qua semper meria fuerat, venientium  
 hujuscemodi, rudium partium, aut perfectam nondum avis for-  
 mam habentium, partim jam absolutorum, ostendit. Alexan-  
 der Gallovidianus, Kirkendensis Ecclesiæ Pastor, cum extra-  
 cta alga marina inter caulem, & ramos à radice statim pariter,  
 & usque ad cacumen enatos, quæ conjunguntur, conchas ad-  
 natas videret, ea novitate attonitus, eas aperuit, & loco piscis  
 avem reperit, ac pro illius magnitudine testas quoque inau-  
 ctas, quibus enim parva inerant, & ipse quoque aperte eas pro  
 quantitate amplectebantur. H. Boeth. in Scotiæ descriptione.

DOCTORES, MAGISTRI.

Vide Tit. Physicorum. Hic Communicatio, illic Possessio  
 habitus physici consideratur.

PHILOSOPHI NATURALES. PHYSIOLOGI,  
PHYSICI, IN GENERE.

Inverum natura tradenda, & explicanda, tota olim antiqui-  
 tas occupata fuit. Primi cerit Theologi, Linus, Orpheus,  
 Hesiodus, exotericè quidem res Deorum exposuerunt: H  
 acronaticè verò naturæ obscuritatem sub Deorum fabulis  
 rimati sunt, ne profano vulgo tam præclara disciplina præ-  
 stituerent. Et in universum, quæ de diis doli Poetæ sin-  
 xerunt, ad aliquam Philosophiæ partem revocari possunt.  
 Postquam verò fabularum peris est, remotis velamentis li-  
 berris philosophari coeperunt, Thales, Anaximenes, Ana-  
 xagoras, Pythagoras, Democritus, & ceteri, Physica  
 ipsa quodammodo formari cepit, hoc est, ad formam scien-  
 tiæ reduci. In qua tamen ipsa tradenda cum sepe Meta-  
 physica Physicis miscerent, sueque professionis terminos  
 transirent: & novæ confusionis, & reprehensionis occa-  
 sionem dederunt. Veterum Philosophorum perique, &  
 Physici erant, & Metaphysici. Præinde exempla serè  
 eadem erunt, diverso tamen respectu. Consule Tit. Poe-  
 tarum physicorum, illic Characteris poetici, hic Scien-  
 tiæ naturalis ratio habetur. Sub Titul. Magorum  
 Magor naturalis à supernaturalibus separamus.  
 Salomonem Judæorum regem cum ætate sapientie antititem,  
 atque à superstitiosa dæmonum magia alienum fuisse constat:  
 &

& secundum sacras Hebræorum historias, disputare solum  
 A de arboribus, & herbis, à cedro Libani usque ad hyfopum: ut  
 item de jumentis, volucris, reptilibus, & piscibus: quæ om-  
 nia rerum solum naturalium cognitionem, vel si mavis, natu-  
 ralium magiam præ ferunt.

ANTIGONUS Caristius Proteum virum sapientem fuisse  
 tradit, qui multa de naturali Philosophia scripserit, de plan-  
 tis, de lapidibus, de natura ferarum, de mutatione ele-  
 mentorum, & quo pacto illa scilicet sint omnium nascen-  
 tiorum, & quæ ut vites singula sumperint, ita vel arbores sunt,  
 vel herbes, vel animalia. Hinc dictus est Proteus Deus mari-  
 nus in illa omnia se vertisse. Hunc eundem divinatorem ar-  
 bitrabantur, quia multa ex observatione siderum, & ex re-  
 rum præteritarum memoria prædiceret. Alii crederentur, per  
 magicas artes Proteum in prædictas formas se mutasse: alii  
 dixerunt, fuisse virum dicendi peritum, qui facile posset in  
 quovis animorum motus impellere. Nat. Comes  
 Myth. l. 8. c. 8.

Philosophia naturalis duo fere genera. Unum, quod ab  
 Anaximandro alterum, quod à Pythagora fluxit. Anaxi-  
 mandri Thales præceptor fuit, Pythagore vero Pherecydes.

Appellaturque est illud quidem Philosophiæ genus Ionicum,  
 quod Thales ex Jonia fuit (Milefius enim cum esset, Ana-  
 ximandrum instituit) hoc autem Italicum, quod illius au-  
 ditor Pythagoras in Italia, ut plurimum philosophatus sit.  
 Desinit autem Ionica in Clitomachum, Chryssippum, &  
 Theophrastum Italia, in Epicurum. Quippe Thaleti suc-  
 cessit Anaximander, Anaximandro Anaximenes, Anaxi-  
 meni Anaxagoras, Anaxagoræ Archelaus: huic Socrates,  
 qui primus Ethicè inivit. Socrati cum Socrati reliquit,  
 tum in primis Plato, qui veterem Academiam instituit: Pla-  
 toni Speusippus, & Xenocrates, et Polemon, Polemoni  
 Crantor, & Crates: cui Arceffilus, qui mediam tenuit Aca-  
 demiam. Et Lacydes, qui novam Academiam invenit: Lacydi  
 Carneades, Carneadi Clitomachus. Atque in hunc modum  
 in Clitomachum desinit. Sic autem in Chryssippum: Socrati  
 successit Antisthenes, Antistheni Diogenes Cynicus: ei vero  
 Crates Thebanus, Crati Zeno Cittiensis, Zenoni Cleanthes, cui  
 Chryssippus. In Theophrastum verò sic desinit. Platoni suc-  
 cessit Aristoteles, Aristoteli Theophrastus. Et hunc quidem  
 C in modum Ionica Philosophia degeneravit. Porro Italicæ hæc  
 series fuit: Pherecydi Pythagoras, Pythagore Telageus fi-  
 lius successit, et Xenophanes, qui Parmenides: huic Zeno  
 Eleates, Leucippus Zenoni, Democritus Leucippo: Demo-  
 crito complures, sed inter reliquos Nauffianus, Naudaifque  
 celebrantur. Eis vero inter ordine successit Epicurus. Laert.  
 lib. 1. de Vita Philosophorum.

THALES Milefius septem Sapientium primus, immortales  
 animos primus asseruit, & de natura primus disseruit. Inani-  
 matas quoque animas inesse putavit, argumento succini, & ma-  
 gnetis. Principium omnium rerum aquam esse, arbitratu est.  
 Laert. l. 1.

PHERECEDES Syrius, Badis filius, Pittaci Mitylenæ auditor,  
 & à quibusdam inter septem connumeratus, à Theopompo  
 primus omnium de natura, & de diis scripsisse dicitur, teste  
 Laert. lib. 1.

ANAXIMANDER Milefius Thaletis discipulus, principium  
 elementum immensum hoc, & infinitum, non tamen  
 aquam, aut acrem esse, definebat. Partem enim mutari,  
 totum verò immutabile esse. Terram medio loco centri  
 instat rotundam esse. Lunam lumen suum à sole mutuari. So-  
 D lem terre æqualem esse magnitudinem, & esse pusillimum  
 ignem. Idem lib. 2.

ANAXIMENES Milefius, Anaximandri auditor, principium  
 aera dixit, & infinitum. Moveri sidera non supra, sed circa  
 terram. Ibid.

ANAXAGORAS Cazonienus, Anaximenes studiosus, primus  
 materia mentem adiecit, in rerum principis assignandis. Di-  
 cebat, Solem candens serum esse, & Peloponneto majorem:  
 propter quam vocem impetiat damnatus, & Athenis pro-  
 scriptus fuit, quævis intercedente Pericle discipulo. Cælum  
 lapideum esse: propter rapidissimum autem motum contineri,  
 ne rueret. Hinc discipulus illius Euripides in Phærontis fabu-  
 la, foret auream glebam videtur appellasse. Lunam habitacu-  
 la in se habere, & colles, & vales. Initia rerum esse ἀνομοίας  
 quoddam: nemem vero initium motus. Corpora simplicia ex  
 gravitate, & levitate distingebat. Lactem orbem reflexum  
 esse solaris luminis, non intermixtum astris, affirmabat.  
 Cometas errantium stellarum esse concursum, flammam emittentium;  
 & veritus fieri, cum aër à sole attenuatur. Tonitru esse  
 B. L. Theat. vit. Human. Tom. VI.

collisionem nubium, fulgetrum confractionem, terræ motuum  
 successione aeris in terram. Animantes primò ex humore, & E  
 calore, terraque migrasse, postea ex se invicem natas esse: ma-  
 res à dextris, formosas à sinistris.

ARCHELAUS Apollodori F. Milefius, Anaxagoræ discipulus,  
 primus ex Jonia Physicè Athenis inivit: appellatus est Phy-  
 sicus, quòd in eum philosophia desierit naturalis, Socrate Er-  
 heticè introducente. Duas generationis causas asserbat, cali-  
 dum, & frigidum Animalia de limo nata. Aquam calore li-  
 quatam, & ignis ardore inflammatam, in terram converti: cir-  
 cumfluentem verò aërem effici. Primus vocem, aeris percuf-  
 sum definitur, Mundum infinitum esse statuit. Discipulum ha-  
 buit Socratem. Suidas.

PLATO Socratis discipulus, non Ethica modò tractavit,  
 verum etiam Physica, præceptoris sui exemplo. Neque  
 enim Socrates Physiologiam penitus reliquit, & respuit:  
 sed primus utramque Philosophiam conjunxit: cum superi-  
 ores Philosophi Physici tantum essent. Plato igitur in  
 Timæo naturam rerum ex Timæi Locri sententia expli-  
 cat. Primus ideas invenit, & Antipodas statuit, teste  
 Laert. lib. 4.

SPEUSIPPUS Atheniensis, Platonis ex forore nepos, de anima  
 scripsit.

XENOCRATES Chalcedonius, Platonis auditor, & de natura  
 scripsit, de Infinito, de Fato, de Uno, de Anima, de Ideis.

ARISTOTELIS Stagita, Peripateticorum princeps, primus  
 omnium physiologiam universam ad artem redegit.

THEOPHRASTUS Erefius, Aristotelis discipulus, magistrum  
 imitatus, in Physicis multa scripsit præsertim verò doctissimos  
 illos commentarios de Plantarum historia, & causis. Consule  
 Laert. lib. 5.

Strato Lampfacenus, Theophrasti discipulus, Arceffilai F.  
 Ptolemæi Philadelphi præceptor, vir eloquentissimus, Physici  
 appellationem meruit, quoniam præter cætera studia diligen-  
 tissimè Physiologiam amplexus est. Scripsit de cœlo, de Inani,  
 de Spiritu, de Natura humana, de Generatione animalium,  
 de Levi, & gravi, de Tempore, & multos alios Physicos libros.  
 Idem, & Suidas.

HERACLIDES Ponticus, Speusippi discipulus, in naturalibus  
 multa scripsit, quæ l. 5. Laert. enarrat.

ANTISTHENES Atheniensis, Cynicorum princeps, de natu-  
 ra duos libros scripsit, item interrogationum de natura toti-  
 dem.

ZENO Cittiensis, Pater Stoicorum, qui non de Ethicis tan-  
 tum, verum etiam de Physicis fuit philosophati. Quorum  
 opiniones Laert. l. 7. recensit.

PYTHAGORAS in rebus naturalibus singularia quadam pla-  
 cita habuit: de quibus Laert. l. 8.

EMPEDOCLES Agrigentinus, Pythagoræorum discipulus, à  
 lite, & concordia omnia fieri asseruit. Laert. ibid.

EPICHRMUS Cous, Pythagore discipulus, & de Natura  
 rerum, & de Medicina scripsit. Pariter & Alcmæon Cro-  
 toniatis, qui primus de Natura ratione scripsisse tradi-  
 tur à Phavorino, & Lunam sempiternam naturam habe-  
 re dixit: animam immortalem, & Solis instar perpetuò  
 mobilem.

HIPPASUS Metapontinus, Phythagoreus, finitum univer-  
 sum, semperque moneri asseruit.

PHILOLAUS Crotoniata Pythagoræus, omnia necessitate,  
 & harmonia fieri opinabatur. Demetrius hunc primum Pytha-  
 gorica dogmata de natura rerum edidisse testatur, referente  
 Laert. lib. 8.

HERACLITUS Ephesius exigne omnia constare asseruit.  
 Fatum introduxit: Animateum, & demonum omnia plea  
 esse. Solem ea esse magnitudine, qua à nobis con-  
 spicitur. Omnia in perpetuo esse motu, per contrarie-  
 tatem omnia fieri, & fluminis more universa decur-  
 rere. Laert. lib. 9. Scripsit librum obscurissimum, quem  
 alii Musas, alii, de natura inscribunt. Eo lecto, So-  
 crates dixisse fertur: Præclara quidem sibi videri, ve-  
 rum Delio opus esse natatore, ne quis in profundo pelago  
 suffocetur.

XENOPHANES Colophonius, Archelai auditor, quatuor sta-  
 tuit elementa, infinitos mundos, animum esse spiritum, &  
 harmonia incomprehensibilia hunc primum dixisse, Sotion auctor  
 est, teste Laert. lib. 9.

Parmenides Eleates, Xenophanis discipulus, primus ter-  
 ram globosam dixit, rotundam, & in medio sitam: duoque ele-  
 menta esse, ignem, & terram: illum opificis, hanc materiam ratio-  
 nem habere. Generationem hominum ex sole primum ortam.  
 X 4 Solem



Solem calidum esse, & frigidum. Animam, & mentem idem A esse. Idem.

MELISSUS Samius, Parmenidis auditor, univcrsum infinitum, immutabile, immobile, & unum esse voluit, sibi ipsi simile, ac plenum: motumque revera non esse, sed videri tantum. Idem.

ZENO Eleates, Parmenidis auditor, mundos plures esse voluit: vacuum non dari, ex quatuor primis qualitatibus omnia oriri asseruit. Generari homines ex terra. Anaximander ex his omnibus commixtam. Idem.

LEUCIPPUS Eleates Zenonis auditor, infinita omnia, & invicem mutabilia asseribat. Univcrsum infinitum, atomis plenum esse, & inane, mundosque fieri corporibus in inane incidentibus, & in se invicem implicatis. Atomis igitur primis principia esse dixit. Generationem, & corruptionem necessitate quadam fieri. Idem.

DEMOCRITUS Milefus, Pythagoreorum auditor, Diacofmum opus scripsit, propter quod a civibus suis quingentis talentis fuit honoratus. Atomos, & inane principia faciebat. Mundos infinitos, & corruptioni obnoxios Atomos, & numero, & figura, & magnitudine esse infinitos, ferrique in toto, & ex fortuito concursu elementa gigni. Vifum fieri ex influxu atomorum. Necessitate omnia fieri.

DIODES Apolloniates, Anaximenes discipulus, aerem principium esse opinatur: mundos infinitos, inane infinitum, ex aeris rarefactione mundos gigni. Laert. lib. 9.

Epicurus Atheniensis de natura 37. libros edidit, idem de vacuo, & atomis Vide Laert. lib. 9. ubi Epistolam Epicuri omnia illius dogmata complectentem, recitat.

Menefor libros naturalium questionum scripsit, & Empedoclis sententiam in animalibus, & plantis fecerit. Theophrast. l. 1. de caus. Plant. cap. 26.

PHYSICI IMPERITI.

Exempla errorum Physiologicorum tum in Theoria preceptorum, & causarum, tum in Historia exemplorum, ex Plinii Historia naturali plurima peti possunt.

In XXXVII. libro Naturalis hist. Plinius, ubi de fuscino describit, ac quantopere in eius causa, otruque prodendo, Graci Pooce decepti sint, docet, adjungit Euripides, & Apollonius Rodius l. 4. Argonaut. in Adriatico litore confutere Rhodanos, & Padum scribunt. Itaque faciliorem veniam facit igno- C rati fuscini, tanta orbis ignorantia. Vitorius l. 22. Variarum ledionum, cap. 4.

PHYSIOLOGI PARTICULARES, IN UNO ALIQUO NATURALIS PHILOSOPHIE GENERE VERSATI.

Ut circa METEORA, TUM HUMI, TUM SUBLIMI. PRAEDICATIONES Physicæ, Aeris, Aquæ, Terræ.

Praedictiones, quæ ab hominibus sunt, ratione efficientis, five principii, à quo proveniunt, dividi possunt. Aut enim proveniunt à principio.

Interno, à Ratione scilicet & Intellectu hominis, qui homini nomen dat, & esse, hic intellectus, vel est.

Theoricus, respectu habito Materie. Ex qua prædicat, vel versatur circa

Materialem, five materiam immerfa corpora infectiora, & ex illorum figuris, formis, effectibus, passionibus prædicat, Prædictiones Physicorum, quæ hujus sunt loci propria.

Immaterialem, five à materia corruptibili separata, corpora scilicet cælestia, ex quorum motu, & influxu prædicat Astrologus, & Astronomus.

Et hæ prædictiones sunt Astrologicæ. De quibus sub loco Astrologorum.

Prædicat, & prædicat ex actionibus, & observationibus quotidianæ vitæ, de Rebusque, vel privatorum hominum eventis. Prædictiones Prudentium, five Ethicæ, de quibus sub loco Prudentiæ agetur.

Externo, à communicatione videlicet luminis alicujus supra naturam hominis, quo illustrata mens, divino, non humano mote, prædicat futura, Tales sunt Prædictiones Metaphysicæ, De quibus suo loco.

Habitavit Æolus in una ex septem insulis Æolis dictis, quæ Strongyle nominabatur, ut ait Strabo. l. 6. Memoriam prædidit Iacius, Æolus fuisse rerum naturalium, & in primis ventorum studiosiss. ut profectus navigantibus. Prædicebat igitur, vel cum Sol Tauro propinquaret, quæ maris futura esset tempestas, aut quæ benignitas celi, & quo die, quæ vel diei hora, vel quædam perduraret Zephyrus. Hinc factum, ut illum ventorum esse regem diceret: sicut Amalchidam, & Protoclem, & Protocreonem dixit Orpheus: hi enim, quos vellent ventos, dicebantur in utrem inclaudere, & emittere. Scripserunt reliquit Strabo. lib. 1. Æolum dictum fuisse regem Ventorum, quia per fluxum, ac refluxum aquarum, cum habitaret in locis asperis, futuræ tempestatis signa multo antè prædixit. Quæ cum ad prædictum tempus evenirent, creditur vulgus mortalium, Ventos esse in ejus potestate. Nat. Comes Myth. lib. 8. c. 10.

ANAXAGORAS prædixit, lapidem è sole casurum. Qui etiam cecidit multis post ejus obitum annis ad Egos flumen, sub principe Dimylo. Asserbat enim, cælum ex lapidibus esse compositum. Laert. lib. 2.

Fuit in Anaximandro Milefio divinitas quadam, à quo Laedæmonii præmoniti sunt, ut urbem, & tecta custodirent, quando motus ingens terræ infatigat: estque non multo post pars Taygeti montis, magno telluris tremore in subsecutâ urbem provoluta, atulitque Spartatis tectorum, & hominum cladem supra modum calamitosam: sed multo majorem allatura, si res non antè provisa fuisset. Sabeli. lib. 10. cap. 8. ex Plinii l. 2. cap. 79.

PEREGRIDES Syrius, Pythagoræ præceptor, hausta è puteo aqua, futurum ibidem post triduum terræ motum prædixit: Laert. lib. 1. ex Plin. lib. 2. c. 79.

METALLA.

Non quia Galenus Medicus, non quia Dioscorides de Metallis scripsere, idcirco historia metallica Medicinæ pars est. Quatenus ad finem Medicinæ pertinet, ut corpora sunt naturalia, sic cognitio illorum Physicis propriis est: præparatio culibetque usui inventura, Chymica, quem propter opus ipsum inter Mechanicos artifices ablegavimus.

GEORGIUS Agricola Germanus de Mineralibus tam accurate scripsit, ut occasione potius ob temporis anticipacionem, quàm inventionem, & judicio, nostræ ætatis homines ab antiqui superari, præclaro argumento ostendit.

STIRPES, ARBORES, HERBAS. HERBARIUM, G

Herbarum historia ad Philosophum naturalem non minus pertinet, quàm Corporis humani Anatomia, quàm Animalium historia, quàm Metallorum cognitio. A Medicis autem diligentius exculta, occasione dedit vulgo, ut banc ipsam Medicinam partem non postremam esse arbitretur. Atqui non quæ ad artis alicujus, vel theoriam, vel praxin utilis sunt, propria esse necesse est. Dissindi enim sunt fines, & termini artium, totiusque aded Philosophiæ, usus verò promiscuus, & communis. In genere verò hinc de Herbarum studio agimus, five historia, five usus, five causæ inveniantur, doceanturque.

Nihil magis veneranda antiquitas mirata est, quàm herbarum vires. Hinc Medæ Colchicæ, Circes Italæ, atque etiam Calypsus veneficæ, fabulis occasione dederunt. Helenam quoque Homerus ab Ægyptii Regis uxore herbas qualdam accepisse scribit, & nobile illud Nepenthes, Lethæum vetè populum. Plin. lib. 25. c. 2.

Primus omnium, quos memoria novit, Orpheus de herbis curiosus alicui prodidit. Post eum Mæfusus, & Hæliodorus Poligon herbarum mirati sunt. Homerus & alios nominatim herbas celebrat, maxime verò Moly, cujus inventionem Mercurio tribuit, & contra omnia venena præfere ait. Ab eo Pythagoras carus sapientia, primus volumen de earum affectu composuit, Apollini, Æsculapioque, & in totum diis immortalibus inventionem, & origine assignat: composuit & Democritus, ambo peragratis Perfidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis. Ibid.

Regis herbariæ studium multis famam immortalem atulit Gentio Regi Illyrici Gentiana inventa, Artemisidæ reginæ Carthæ Artemisia. Plin. lib. 25. c. 6. & 7.

Epimenidem Cretensem, quidam non obdormisse in specu (ut vulgata est fama) sed per montes vagatum, & postquam fuisse ajunt, medicinæque studiosum, ut qui postea urbem Athenensium à peste liberavit. Laert. in ejus vita.

Clidemi herbari meminit Theophr. l. 1. c. 10. de caus. Plant. Thrasia Mantinensis frigida venena, quæ mortem inferre possent, reperit. Rhizotomus insignis sapor helleborum absque

noxâ

noxâ comedebat: eaque ratione probabat omnia pharmaca, A si sapius ab homine fumerentur, & familiaria fierent, vires suas amittere. Theophr. l. 9. c. 17. & 18.

Alexias Thrasie discipulus, eruditione præceptorem vicit. Theophr. lib. 9. c. 17.

ANDREAS Chius, cujus Dioscorides meminit, & Plin. lib. 22. c. 7. Præterea Jolas Bithynus, cujus Plin. lib. 7. c. 20. & Dioscorides lib. 1.

MNESTHES, & Callimachus Medici, de corollis ex professo scripsere, quænam nocerent capiti. Theophrastus de floribus Plinius.

BRASSIE laudes proprio volumine per singula membra hominis digesto Chrypsippus Philosophus, & Dieuches: ante omnes autem Pythagoras, & Caro non parcius celebrarunt. Plin. l. 20. cap. 9.

DIOSCORIDES Anazarbus, cognomento Phacas, quia lentiginie facies dehonefcebatur: vixit sub Cleopatra, & Antonio, teste Suidas. Herbarius insignis, si historiam spectes: nam plantarum causas Theophrastus Philosophus, & ante illum Aristoteles vires verò, corporis humani usus convenientes, medicus Galenus luculentius enarrat.

De herbis apud Romanos M. Cato primus, & diu etiam solus scripsit, omnium bonarum artium magister, bonum etiam medicina non omisit. Post eum C. Valgius ad Augustum Cæsarem imperfecto volumine. Antè Pompejus Lenæus, Magni libertus, quo primium tempore herbarum scientia ad Romanos pervenit, devotio Mithridate. Ejus enim gaza potius Pompejus Magnus, exemplaria medicamentorum à Lenæo in Latinam linguam transferri curavit. vitæque ipsi profuit non minus quàm Respi. victoria illa. Plin. lib. 25. c. 2.

In Demetrii vita Plutarchus scribit, Attalum cognomento Philometora per otium colere confuisse herbas pharmaceuticas, five medicas. Cælius lib. 29. c. 11.

Evax Rex Arabum, de Simplicium effectibus ad Neronem scripsit, Crætevas, Dionysius, Methrodorus, Seepus (ratione blandissima, sed qua nihil penè aliud quam rei difficultas intelligatur) pinxere effigies herbarum, atque ita subscribere effectus. Verum & pictura fallax est, & coloribus tam numerosis, præsertim in amulatione naturæ, multum degenerat transcribentium fors varia. Præterea parum est singulas earum ætates pingi, cum quadripartitis varietatibus anni faciem C mutent. Ceteri sermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, & nudis plerumque nominibus defuncti: quoniam fides videbatur, potestates, vimque demonstrare querere volentibus. Plin. l. 25. c. 2.

CRATEVAS herbarius, ad quem scribit Hippocrates, ut herbas colligat ad liberandum ab infania Democritum, & inter cætera hoc ejus enuncium addit. At verò rem herbariam apud te sapè admiratus sum, quemadmodum etiam univcrsum naturam, ac constitutionem, & facerium terræ fundamentum (in ipso mundo) visis. Sunt qui hoc ad Chymicam quoddam arcanum referant: ex qua animalia, & plantæ, & alimenta, & medicamenta, & fortuna, & ipsæ divitiæ exoriuntur. Quod scilicet facile sit ei, qui harum rerum scientiam tenet, & opes amplissimas comparare, nisi quod sapientiam ille opulentia longè anteponeat.

PHANIAS, medicus celeberrimus, librum de urticae laudibus scripsit, ut refert Plin. lib. 22. c. 13.

DALION herbarius. Plin. lib. 20. c. 17.

GLAUCIAS de carduis diligentissimè scripsit. Idem lib. 20. c. 23.

CHEREAS Atheniensis, herbarum scriptor, spinarum quoque generis, & carduorum celebrator: cujus lib. 20. cap. 23. meminit Plinius.

ANTONIUM Cælorem suum tempore laudat Plin. l. 25. c. 2. in hortulo variis simplicibus referentissimo excolendo, qui jam C. annu excefserat, absque ullo corporis malo. Apud illum pleræque plantas, paucis exceptis, vidisse, & didicisse testatur.

ÆMILIUS Maer, Veronensis, libros de Virtutibus herbarum carmine conscripsit.

MARTION Smyrnæus de Simplicium effectibus scripsit. Rumpi scopulorum maris spuo, rubetas item, aliasque ranas asseruit, teste Plin. l. 28. c. 4.

De Pamphilo quodam, qui libros de Herbis composuit, sic scribit Gal. lib. 6. Simplic. med. à principio: Planè ex his, quæ vel ipse scripsit, præ fert grammaticam, indicatque, se nec conspexisse herbas, de quibus conscripsit, nec vires earum expertus, sed is, qui ante ipsum scripsere, fidem habuisse citrà ullam ex-

ploracionem. Sic sanè libros explevit, annexo ad quamque herbam nominum acervo, deinde etiam exponens, si qua ex homine ferebatur transformatio: tum epodas, seu incantaciones, & libationes, atque thymiamata, quæ in colligendis illis adhibebantur, adscribens: nec non & alias ejusmodi præligaturas nugaces. Nec multo post addidit: Abstinentiam ab Andrea est, aliique similitur mendacibus: multoque etiam magis fugiendus Pamphilus, qui ne per somnum quidem herbas vidit, quarum aggregitur figuræ perscribere. Nam id genus hominum (quomodo affimulavit eos Heraclides Tarentin.) simillimum est præconibus, qui formam, ac notas fugitivi mancipii, licet ipsi non viderint unquam, præconia tamen publicant: notas enim ab aliis, qui norunt, accipiunt, & ceu cantilenam eas proferunt: ut si forte isquem præconia indicant, propè adfiteret, agnosceret tamen non possent. Hac Galenus: qui si hodie reviviscat, in tanta luce, quam Stirpium historie Clarissimi medici, ex Germania prius, quàm ex Gallia, & Italia, intulere, uti nostro sæculo gratularetur, sic multo acerbius quàm Pamphilum reprehenderet eos, qui præter nomenclaturas, neque ipsis fortasse Barbaris notas, & aliterlogicas stirpium venationes, pondera insuper eorum, ex quibus singula componantur, elementorum proponere audent: ut F majora ne portenta, an ingeniorum monstra sint, dubitabile sit. Cæterum quæ de vegetabilium plantarum & animalium, Pamphilum suis libris aperuisse Galen. scribit: si cum, quam signaturam vulgo plantarum vocant, intelligit, non per se, quidem naturalis est nota, sed propter superstitionem tantum reprehendenda fuerit.

APULEJUS Madaurensis Platonicius, herbarius. Ex Plinio, qui voluit, magnum antiquorum, quide herbi scripsere, numerum colligat. Nobis satis erit nomina indicasse. Meminit ergo Agarthoclis lib. 22. cap. 22. Alcæi lib. 22. cap. 22. Anthæi lib. 28. cap. 1. Apellis 28. 7. Apollonius 28. 20. Apollonii Pitanci 28. 1. & 29. 6. Apollodori 22. 7. Artemonis 28. 1. Aristogitonis 27. 4. Byrthi Dyrtrachini, qui de menstruo scripsit lib. 28. c. 7. Castoris 20. 22. Cæcilii Bionis 28. 13. Chrysermi. 22. 22. Chrypsippi ibid. Cleemperi ibid. Cleophanti 24. 16. Communerunt etiam Democritus de magicis lib. 24. cap. 17. Diagoras, Diocles, Dieuches, Diodorus, Diodorus, Diotimus Thebanus 28. 7. Dorothæus 22. 22. Euenor 21. 31. Eratosthenes 22. 22. Glaucon 22. 22. Granus 20. 20. Hicellus 27. 4. Ictidas 28. 7. Lycus Neapolitanus 20. 20. Mago Carthagenensis. Meges 37. 7. Metrodorus Seepus G Epitomen pharmacopœiæ edidit, 20. 20. Miccion, pharmacopœiæ scripsit 20. 23. Miletus 28. 1. Mnesicles, Nicander, Nicæra tus 32. 8. Ophilus de simplicibus 28. 4. Olympia Thebana 20. 21. Petridius Ophiaca scripsit 20. 23. Pelops 32. 5. Pollio 21. 21. Pycto 29. ultimo. Praxagoras. Rabirius 28. 7. Salustius Dionysius 32. 7. Sextius Niger diligentissimè medicus 20. 21. & 32. 3. Sestius 28. 9. Simus 21. 20. Sophocles Poeta 21. 21. & 22. 22. Sornatius 32. 7. Theodoros 24. ult. Timaristus 21. 31. Thrasyllus 32. 5. M. Varro. Xenocrates 20. 22. Zenon 22. 22.

FRIDERICUS II. Imp. hortis plurimum oblectatus, herbarum cognitionem summam habuit, ut medicos suæ ætatis facile superaret omnes in ea notitia. Cusp. A. D.

MORES, ACTIONES, PASSIONES ANIMALIUM. Cognitio per FIGURAM, LINEAMENTA, STATURAM. Huc PHYSIOGNOMI, Chiromantæ, Metropopocopi.

Arist. in fine secundi Priorum, ultimam locum habet Hæc quæ quædam sunt, non quædam naturalium rerum cognitio ex ipso aspectu ad Logicum pertinet: sed ut ostendat, quatenus sit Logicæ usus etiam in hac parte Philosophiæ. Ad naturalem enim Philosophiam Physionomia referenda est, cujus veluti species à quibusdam statuuntur, Chiromantia, & Metropopocopia: illa quidem ex lineamentis manuum, hæc verò ex rugis faciei, & frontis mores hominum colligens. Quarum artium est fides non est magna, sua tamen elegantia, & jucundi ingenii symbola: & quia nihil superfluum, nec impium, ut cetera divinationum species, continent, sed naturales tantum observationes habent, non sunt penitus repudiandæ in jocoso, & ludico vitæ genere.

Sicut Junoni brachia, pectus Nepruno, cingulum Marti, renes Veneri, pedes Mercurio, digitos Minervæ consecravit antiquitas, ita frons Genio dicata fuit: quippe Deum venerantem, frontem tangere, & indita ad frontem manu, numina adire solebant. Quare Pompejo Magno frons honorem, & eos probi velut maximam naturæ munus, tribuerunt. Ipsa enim severitatis, & cle-







Glans autem apud Latinos interdum obsecram habet significationem. *Erasm. Rot. 18. Apoph.*

**A** STRATONICUS musicus cum esset Pellæ, & in puteum descendisset, rogavit, num esset aqua potabilis: cum dixissent, qui aquam hauriebant, Nos istam bibimus: Non est igitur, inquit, potabilis, quod illos videret pallidos, luridisque. Nam id interpretabatur mala valetudinis argumentum, quam ex aqua contraxerat. *Athen.*

**C**LEANTHES Hominis mores ex conspectu deprehendi posse dicebat. Verum cum Philosophi (qui hoc audierant) cuperent, hominem cynædum, sed multis laboribus ab incuncte ætate exercitatum adducunt, ut artis suæ specimen ederet. Cleanthes igitur, cum hominis faciem, item manus callosas, & sole adustas vidisset, & aliquamdiu siluisset, iussit hominem abire foras. Ille cum discederet, sternamento conculsus est. Quo audito, Cleanthes, Satis naturam hominis intelligo, mollis est. Non enim facile sternunt, qui sub dio laborant. *Laert. lib. 7. c. 2.*

**C**halcedenis quidam, qui cum Orobazō descendere, Sylæ vultum sapiens contemplatus, & ingenium, motumque corporis inspicens: Necessè est, ait hunc, fieri magnum virum, mirorque, quod omnium adhuc primus non sit: *Plutarch.*

*Vide Psychonomia.*

**PHYSICA MECHANICA.**

*Ut Mathematica quædam est Mechanica, ita nos quoque Physicam Mechanicam construere posse videmus. Utraque subtilem commentationem ad crassam operationem, theoriam ad praxim revocat, exemplis præcepta illustrat, & quod serid Hip. monet *επιβουλο* is *πυθλου* *υπερδωρα*. Physica ergo Mechanica opus facit naturale in corpore naturali, vel in ea, ex quibus proxime componitur, non elementa, sed corpora resoluta per Chymicam analysin. De quibus inter Mechanica commodius.*

**AQUARIA. HUC**

**SALINARIUM.**

**J**ACOBUS DONDUS, Medicus, & Mathematicus Patavinus, ex aquis Aponi sal coagulare primus docuit, ut ex mille libris aquæ una salis conficeretur. Cantuariensium itaque Principum auspicijs constructæ ad fontis Aponi minorem lacunam, quæ reliquis falsedine superat, novæ ædes, pro salis confectioe, circa ann. 1370. *Bernard. Scardeonius lib. 2. classe 9. bisf. Tit. & Michael Savonarola de Thermis.*

**HYDRAULICI. AQUILEGI.**

**H**ERCVLES, ut multi alii Veterum heroum, artifex fuit investiganda, cogendaque aquæ. *Plutarch. cum Principibus esse philosophandum.*

**FLUMINUM DERIVATIONES.**

**H**ERODOTUS historiam narrat, Prometheum Scytharum regem, cum non posset fluvium Aquilam, qui regionem suam allueret, derivare, discruciasse vehementer se, ac deinde adjuvum ab Hercule, qui hoc præstitit. *Diodor. lib. 1.* Prometheum Ægyptium fuisse dicit, cujus regionem cum Nilus totam propè operuisset, ac perderet, multis incolis absumptis, illum de consciscenda sibi morte deliberasse, fluviumque propter cursus celeritatem Aquilam dictum, Herculem, & virtute, & magnitudine consilij inundationem repressisse, flumenque redegit in alveum pristinum: unde orta sit Græca fabula. *Ludov. Vives in lib. 10. August. de Civ. Dei. 8.*

**JUDICIUM PHYSICUM.**

**TUM APTUM.**

**C**ROESUS Lydorum Rex minus erat Lampæacis, nisi parentem, seillos in morem pini exiturum. Quam vocem, ut à potentiss. rege prolata, cum cives non intelligerent, Lampæacis quidam naturæ pini arboris non imperitus, interpretatus est, unam, solamque arborum pinum recifam non succedere amplius, verum interire funditus, *παρασίππος*, nata inde parœmia, ut exteri dicantur pinus modo, quæ prorsum intercant. *Herodot. lib. 1.* Manifestum tamen est, piceam, & cupressum idipsum pati, sed & pleraque alia: nisi fortè cognationem aliquam inter hæc arbores intellexit: proptereaque uno pinus nomine accipiendas, constituit. *Cæli. lib. 25. c. 2.*

**G**EORGAS Læcontinus ad finem vitæ spectans, & penè senio confectus, cum ad verba valetudine correptus, paulatim in somnum prolaberetur, & quidam ex necessarijs accedens invivendi causa, quomodo se haberet, quæreret: Jam, inquit, me somnus incipit suo fratri tradere. *Ælian. Var. hisf. lib. 2.*

**S**ub Periandro Corinthio infantem equa edidit, qui partibus superioribus ad collum usque, & manus, figura humana

erat: cætera representabant equum, voce sicut pueri recens nati. Cum aruspices monstrum illud, seditionis, & discordiæ significationem esse proficerentur, Thales Milesius sacra expiatoria per otium fieri permisit: maxime vero auctor fuit Periandro, ut armentarius equarum juvenibus daret uxores. *Plut. in Conu.*

Cum instituit Lacon quidam cadaver statuere rectum, ut omnia molius non valuit: Oportet Hercle, inquit, aliquid intus esse.

**L**ocus 4. *Æneid.* negotium facessit Servio interpreti: *Hesperidium Templi custos epulasque draconis*  
*Quæ dabit, & sacros servabat in arboribus ramos:*  
*Spargens humida mella, saporiferumque papaver.*

neque enim videtur cibus accommodatus pectigili serpenti, custodique aurorum pomorum, papaver, quod somnum inducit: sumpto enim illo, parum rectè munere suo fungi posset. At cum fera admodum, truculentaque foret bestia illa, nec sine periculo ali, curiarique posset: oportebat favam illius naturam mollire. Eodem igitur tempore cibaria, quibus in vita cum retineret, custos illa Templi preparavit, ac sibi consuluit, nam miscuit, infuditque cibus illis papaver, ut aperire ingenium inferentis mitigaret. Ita quoque in 6. *Æneid.* vates illa sapiens, ferentem canem, ne molestus esset. *Æneæ,* demulcere volens:

*Melle soperatum, ac medicatis frugibus ossum*  
*Obiicit*

**E**t Turcarum Regem ajunt alere Tigrim, quæ catenis etiam vincita, tuto tradari non possit: quare cum aliquo convehere volunt curatores ipsius, succum mandragoræ, vel opium illi præbere solent. *Vidior. Var. lech. lib. 4. cap. 3.*

**G**ALENUS quantumvis ætate adhuc minor, Quinti præceptoris vocem non tulit, qualitatum primarum appellationes balnearum nomina vocitantis: urinas nosse ad pictores pertinere dicitantis, & alia ejusdem viri: quanquam tantillum faceret semper, ut Corinthum Numefiani gratia pereret, quod discipulus fuisse ejus, & Alexandriam quoque adiret, aliæque loca permulta, ubi esse aliquem discipulum Quinti intellexisset.

**INEPTUM.**

Cum Satyrus ignem, ut primum apparuit, osculari, & complexi vellet, Prometheus:

*Heus hæc, inquit, lugebis tuam barbam quidem*  
*Quæ mecum tangit, urit.*

*Plut. Quæ ratione esse inimici util. cap.*

Cum Theseus Sinidem latronem in isthmo interfecisset, filia ejus Perigune, excellentissimæ formæ, & stature, in locum illa admodum simpliciter, & pueriliter obsecravit, vota cum jurejurando nuncupans, si servassent, & texissent, se, nunquam læsuram fe ea, nec erenturam. Quam cum Theseus alta voce appellaret, fidemque daret, se nullam ei vim illaturam, prodit, atque ex complexu illius Menalippum peperit. *Plut. in These.*

Cum olim lapis in Ægos Thraciæ anemem è celo cecidisset, Anaxagoras, quem etiam prædixisse ferunt id futurum, affirmavit cælum omne ex lapidibus consistere, Solemque ipsum candens esse faxum. Idecirco Euripides ejus discipulus in Phæronte tragedia. Solem auream glebam nominavit. Eam ob causam (ut Sotion in successibus narrat. *H.*

Cum olim lapis in Ægos Thraciæ anemem è celo cecidisset, Anaxagoras, quem etiam prædixisse ferunt id futurum, affirmavit cælum omne ex lapidibus consistere, Solemque ipsum candens esse faxum. Idecirco Euripides ejus discipulus in Phæronte tragedia. Solem auream glebam nominavit. Eam ob causam (ut Sotion in successibus narrat. *H.*

Democritus interrogatus de cane semper eidem lateri incubante, quam obrem id faceret? respondit: *ὅτι ἕξει τὴν ζωνὴν αὐτοῦ, ὅπως ἴσους*: id est, quoniam habet canis aliquid cum illo latere simile. Id obiter narrat *Aristot. lib. 2. Mag. moral.* inter Proverbia similitudinis, irridens Democritum. Quod enim simile habet later cum cane? *Erasm. in Adag.*

**H**ERACLITUS existimavit, Solem scaphæ speciem habere, ejusque lumen deficere, quoties cavum ad superiora vertitur: sed rursus fieri lucidum, postquam inverterit. *Idem.*

**X**ENOPHANES putavit in occasu perire, sed exortum novum fieri Solem. *Idem.*

**CHRYSIPPUS**

Chrysiippus libro quinto de Natura demonstrat, cimices ac et somno nos commodè exire, & attentos reddere mures, nein quaque re securis imponenda. *Plut. in Stoic. pugnis.*

Idem in libris de Natura complures animantes scripsit pulchritudinis gratia à natura esse productas, elegantie studiosas, & varietate gestiente, adiectique dictum absurdum, pavonem caudæ gratia ob euselegantiam genitum. E diverso in libro de Repub. increpat acriter illos, qui pavones, ac lusciniæ alant: & quodammodo contrarius legislator est mundi legislatori, deriditque naturam, quæ elegantia studium suum iis in animantibus exprimat, quibus in civitate locum sapiens non sit daturus. *Idem.*

Lacon quidam cum duas amygdalas duras duplo vendi conspiceret: Suntne hic, inquit, rari lapides? Quali nihil intereret inter silicem, & duram amygdalam. Adeo deliciarum erat rudis, ut nesciret, sub gemino cortice latere nucleum. Et apparet hoc sensus arboris non quibuslibet regionibus fuisse notum, quando Plinius dubitat, an ætate Caronis fuerit in Italia. *Plut. in Lacon.*

Alius quidam Echimum in mensa appositum orti integrum immisit, & mandare cepit. Verum palato spinis exculcetro, **B** O scelustum, inquit, edulum, neque te in præfens dimittam, neque in posterum unquam assumam. *Athenæus.*

Lusciniæ quidam Laco vulvis pennis cum exiguum carnem reperisset: Vox est tu quædam, inquit, præterea nihil. *Plut. in Apophth. Lacœonicis.*

Galenus conspexit primum Elephantum, proboscidem illi ulius otiosam esse putavit. Post verò eum manus instar ea uti, & per eam respirare cognovisset, naturæ solertiam admirari cepit. *Lib. 17. de Usu partium. c. 1.*

Gothi veteres tam oblatino animo Deorum suorum cultum observabant, ut concitato in nubibus fragore, sagittas in aera excutientes, ostenderent fe opem afferre velle Diis suis, quos tunc ab aliis oppugnant putabant. Nec ea temeraria superstitioe contenti, inusitati ponderis malleos (quos Jovianes vocabant) ingentibus complexos, magnaque religione cultos, ad eum utrum habebant, ut per eos cæli fragores, quos malicis specie credebant, experirent, tantique sonitus vim fabrilium fieri imitantes, Deorum suorum bellis sic adesse admodum religiosum existimarent. Duravit Jovianum malleorum usus usque ad annum à Christo nato millesimum centesimum trigésimum: cum Magnus Gothorum Rex paganam superstitionem perosus, & fanum cultu, & Jovem suum Thorum dictum insignibus spoliare sanctitatis loco habuit: qui propterea ad multa tempora à Gothis perdente, ac cælestium spoliolorum sacrilegus raptor reputatus est. *Joan. Magnus lib. 1. c. 13.*

Severus Hæreticus Vinum creaturam diaboli esse voluit, adeoque serpentis esigium habere Vitem. *Epiaphianus.*

Manetis, & Manichæorum deliramenta de rebus naturalibus innumera. *Vide Tit. Hæreticorum.*

In Butthiquania Scotiæ regione in litus ejecta est Electri massa, equi longè quantitate superans. Quam conspicientes prope gregem suum pascentes Pastores, ignari quidnam esset, reliquum haud magni faciens, in litore pastoribus ludibrium reliquit: partibus enim abruptis, candelarum more **D** in incensum, rem auri pretio aliquando habitam, inutill lascivia prodegerunt. *H. Boetius in Scotia.*

**N U L L U M.**

Theophrastus multa contraxit, & prodidit scripto, quorum nos et tunc causam non valemus: cuiusmodi sunt ista. Gallinæ à partu seilicet se frustrant. Vitulus marinus cum pinnam consumit, non deglutit eam, tamen Cervi decidua cornua defodiunt. Eryngium si una capra ore teneat, universum fistit gregem. Item & semen, quod incidit in cornua boum, frugem contumacem edit. *Plut. lib. 7. Convolvulum quæst. 2.*

**PHYSICES USUS, VEL RECTUS, APTUS**  
**TUM MEDICUS.**

**E**MPEDOCLES Agrigentinus, montis profundum quandam inter rupes hiatus, qui gravem, & pestilentem per campos Austrum inspirabat, obstruxit: quare pestem exilitatam est ex eo tractu exclusisse. *Plut. de Curiositate.*

**M** Ter. Varro, Hippocratis imitatione, cum Coreyæ esset

exercitus, & classis, & omnes domus repletae essent agrotis, ac funibus, immisso fenestris novis Aquilone, & obstructis pestilentibus, jannaque permutata, suos comites, ac famulam incolumes reduxit. *Vario de re rust. lib. 1. c. 4.*

**B E L L I C U S.**

**I**n Bello usum aliquem Physices esse, cui alioqui cum Musis nihil est commune, patebit ex Tit. *Aimenta, & Comœtiacum acquirere, & parare, exemplo Pauli Æmilii, & Cn. Pompeii. Item, Metum eximere militibus ex prodigijs ortum. Item, Castriametationis.*

**C**ROESUS Lydorum Rex contra Cyrum Persarum regem expeditionem parans, ubi ad Halym fluvium pervenit, incertus animi fuit, qua parte fluminis traiceret exercitum: nulli erant enim ea tempestate pontes. Thales Milesius fossam præaltam exorsus supra castra, in speciem lunæ depressit, quæ castra à tergo amplecteretur. In quam cum traduxisset ex pristino alveo fluvium, iterum eum, ubi exercitus trajectus esset, in suum alveum compendiosè refluxit. Itaque cum celeritè fluvius diductus esset, utrimque vadum meabilis effectus est. *Herodot. lib. 5.*

**E**PHIALTES Trachinus, ad angustias Thermopylarum Leonida Spartani commilitones Persarum manibus tradidit ferretur, & Barbaros inter Thermopylas accepisse, cum hostibus per montana semitam ostendisset. *Strabo lib. 1.*

**Q**sertorius physico stratagemate expugnavit Characitanos in Hispania, antra, specuque in ingenti, & excelso colle Aquiloni objectos inhabitantes. Nam cum subiectus ager omnis limum argillosum, & solum haberet ob fungositate fragile, quod nec ingredientiæ sustinere valeret, & si pabulum contrectaretur, calcis vivæ vel cineris modò late dilpergeretur, belli metu, præda cò congesta, semper tuti fuerant: donec Sertorius cò veniens, locum contemplaretur, & animadverteret vim pulveris à vento in illos ex terra suffolli: quo vento illi, eorumque armenta interdum refocillabantur: Ergo militibus imperavit, ut spongiosa illius, & cineritæ telluris avellerent fragmenta, comportataque ex opposito colle in tumulum excitarent. Quod ubi ad noctem usque fecissent milites, reduxit eos in castra. Ridebant eos Barbari, existimantes aggeris in se molitionem id esse. At ubi diluxit, primum mollis alpiravit aura, congestæ terræ levissimum velut scobem movens, diffundenque. Mox acri cum sole increbrescente vento, cum colles pulvere implerentur: intenti milites cumulum ab immo subruerunt, concideruntque limum: aliqui equos fursum deorsum egerunt, ad excitandam tellurem, atque in sublimem vento dandam. Qui excipiens, quidquid comminutum esset, & ferretur in aera, in Barbarorum comiciebat ædificia Cæciæ obversa. Ita Barbarorum oculis citò offusa caligo est, citò suffocante anhelatione correpti sunt, asperam, multoque commistam pulvere haurientes auram. Itaque cum agrè duos dies sustulissent, tertio deditionem fecere: non tantum viribus Sertorio, quam gloria cumulantem, quod armis inexpugnabilia consecisset consilio. *Plut. in Sertorio.*

**P O L I T I C U S.**

Jocasta apud Eurip. in Phœnissis Eteocli filio persuasura, ut fratrem Polyneicem in regni consortio admitteret, argumento utitur physico tali:

*ὅτι γὰρ μὴτ' ἀνθρώπων τὴ μὴν τὰ μὴν  
ἰσότης ἴσότης, καὶ ὁμοῦν δὴ δὴ δὴ δὴ  
νύκτες τ' ἀπὸ γῆς βλάστησιν, ἡλίου τε φῶς  
ἴσον βλάσταν τ' ἴσους εἶναι ἰσότητος,  
καὶ ἴσους ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἔχουσιν ἀνθρώπων.  
εἰδ' ἄλλους μὲν, οὗς τε δὴ δὴ δὴ δὴ  
σὺ δ' ἂν ἀπὸ τῆς δὴ δὴ δὴ δὴ ἴσους  
τὴ σὺ δ' ἂν ἴσους μὴν.*

Evenim mensuras hominibus, & partes ponderum æqualitas constituit, & numerum definit, noctisque obscurum radium, Solisque lumen, æqualem ire annuum circulum: & neutrum ex ipsi invidiam habet, cum vincitur. Ergo sol quidem, noxque servit mortalibus: tu verò non sustinens domum habens æquas partes, & huic suam tribuere.

**C**LEARCHUS Ponticus tyrannus, Physices pericia cives necavit. Cum enim multos cives de medio tollere cupiens, occasionem, & causam non haberet, delegit eos, qui essent ab anno sedecimo usque ad duodecimum, ad expeditionem sub Canicula ardoribus, quasi urbem Astacum oppugnaturus. Postquam verò appropinquavit Astaco, cives quidem in palustri loco, & aestuoso, atque pleno stantium aquarum, iussit castra ponere, & animadvertere, ne Thracæ e regione apparerent. *Ipsè*



Ipsè verò quasi summam oppugnationis molestiam toleratu- rum, cum mercenariis excelsa loca, & umbrosa, aquis affluen- tia, cepit, & in his castrametatus. eò usque oppugnationem extendit, donec suos cives perdidisset: quia æstivo tempore palustris morbofa sunt. Postquam autem omnes perierunt, tunc cum mercenariis etiam movit, pestique causam civium interitus assignavit. *Polæn. lib. 2. & Sab. lib. 8. En. 4.*

Pericles imbutus rerum scientia celestium à Zenone, & Anaxagora, non solum sublimi usus est dicendi genere, puro à plebeja, & accersita garrulitate, unde Olympii cog- nomentum meruit: verum etiam vultus ad risum immo- tus, incestus comis, modestus vestitus, animus in dicen- do imperterritus, modulatio fedata vocis, & reliqua ejus generis omnes supra modum adduxerunt in stuporem. *Plut. in Peric.*

RUSTICUS.

EMPEDOCLES Agrigentinus, Etesis aliquando vehementer flantibus, adeo ut fruges corrumperent, excoriari afinos jussit: factique utribus, eos collibus, & montium verticibus affixit, ad flatus cohibendos. Cessantibus ob id ventis, abeventu ei *adventus* quis ductus fuit. *Laert. lib. 8. ex Timeo.*

NAUTICUS.

**B** ÆOLUS navigatoribus, prædictione ventorum, & mutatio- num aeris naturam, plurimum commodavit. Hinc factum, ut illum Venturum esse regem dicerent. *Nat. Comes Myth. lib. 8. cap. 10. ex Strab. lib. 1. & 6.*

ARCHITECTONICUS.

In condendis urbibus prima ea cura esse debet, ut locus sa- luberrimus eligatur: alter, ut fertilissimus: tertius, ut com- modissimus & ad negotiationes, & ad res bellicas. Id autem quod primum est, Physiologi certè studio perspicere tantum po- terunt. Hinc Pallas sapientia dea, Musæum Græciæ conditura, locum in Attica saluberrimum, & aeris temperie optima præ- ditum elegit. Spartani de Colonia deducenda consulto ora- culo, responsum accepere, contra cæcos adificarent. Cro- toniensis loco saluberrimo civitatem condere à Dio jussit. *Strabo lib. 6. & Suidas.*

LUDICRUS.

In Dianæ Ephefæ templo literis mandatum, Cupidinis telum nullis relictum laqueis pependisse: Id fingulari li- buerit, levi ferro habundinem pro hasta diducit, lapidem- que herculeum cubiti magnitudine excavatum eximie bonita- tis inserito recludit templi, appositumque speculum per plura seculum sponte pendere videbitur. *Cardanus de Rev. var. lib. 12. c. 38.*

Magnetem lapidem novimus mirabilem ferri esse raptorem, inquit D. Augustinus: quod cum primum vidi, vehe- menter inhorui. Quippe cernebam à lapide ferreum annu- lum raptum, atque suspensum: deinde tanquam ferro, quod rapuerat, vim dedisset suam, communemque fecisset, idem an- nulus ad motus est alteri, cumque suspendit, atque ut ille prior lapidi, sic alter annulus priori annulo coharebat. Ac- cessit eodem modo tertius, accessit & quartus. Jamque fi- bi per muræ connexis circulis, non implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adhaerentium, quasi catena pependerat annu- lorum. Quis istam vim lapidis non stuperet, quæ illi non solum inerat, verum etiam per tot suspensa transibat, & in- visibilibus ea vinculis subligabat? Sed multo est mirabilis, quod à fratre, & Coepiscopo meo Severo Milevitano de isto lapide comperi. Scipsum namque vidisse narravit, quemad- modum Bathaniarius quondam Comes Africa, cum apud eum convivaretur Episcopus, eundem protulerit lapidem, &

**D** tenuerit sub argento, ferrumque super argentum posuerit: deinde sicut super movebat manum, qua lapidem tenebat, ita ferrum desuper movebatur, atque argento medio, nihil- que patiente, concitissimo cursu, ac recurfu infra lapis ab homine, supra ferrum rapiebatur à lapide. *August. lib. 21. de Civit. Dei cap. 4.*

Latomus quidam Batavus lupi sterces clam in præsepibus abscondebat. Pecudes ejus odore terræ, veluti in furorem agebantur. Ille, cum se incantationum remedium artificem profiteretur, remoto clam stercore, malum amoliceba- tur, & quæsitum inde faciebat.

INEPTUS, NULLUS, ERRATA

PHYSICA.

Bello Syracusano, cum Nicias Atheniensium Dux classem subducere ex portu Syracusano vellet, & luna defecisset, vehe- menter perturbatus est: præsertim cum natura superstitiosus esset, & tunc ne petium quidem hætiolum haberet, Nam fami- liaris ejus, qui multum detrahebat ei superstitiosis, Stilbides,

paulò ante decesserat. Prodigium erat alioquinid, ut Phi- lochorus ait, haud fecum fugientibus, immò admodum **E** faustum: siquidem oculatari, quæ geruntur cum metu, qua- runt: lucem habent insectam. Et quidem in Solis, & Lu- næ laboribus non nisi tribus diebus, ut annotavit in Com- mentariis Autocliades, soliti erant fibicavere, & eos suspen- sos habere. Nicias verò alium fœdabat expectandum Lunæ ambitum. Quasi verò non vidisset illico illustratam, ubi lo- cam innumbratam, & à terra obstructum prævertecta esse. At ille relicti aliis penè omnibus digressus sacrificavit reses: quo- usque supervenerunt ipsi hostes, qui copiis terrestribus mu- rum, & castra eorum obsederunt, navibus portum undi- que cinxerunt, & tandem eos fœdissimè circumvennerunt. *Plut. in Nicias.*

Virgilius narrat, Trojanos, induciis factis cum Latino rege, liberè lignatum profectos: in materia verò, quam exponit eos tunc cæcidisse, numerat cedros: quæ tamen arbos in hac nostra terra non nascitur. Verfus Poeta sunt:

*Robora, nec cuneis, & olivem scindere cedrum, Nec plausurus cessant viderare gemenibus ornos.*

Vitio autem datur Poetis fingere aliquid, quod alienum à vero sit, nec respondeat naturæ illarum rerum, quas tan- gunt: decet enim Poema integrum esse, & ab omni macula vacuum. Quis autem nescit, insimulatum eundem esse, quod fecit ab Ænea in Africa sagittis fixos, cum tamen in ea terra bellua illa non reperitur? Et sanè nonnulla hujuscemodi peccata inveniuntur apud laudatos etiam Poetas: ita namque cupidi illi funt ornamentorum, ut non caveant, neque magnopere reformident hujuscemodi culpas. Aut igitur huc confugiendum est, & exemplo reli- quorum hæc culpa ipsi condonanda: aut, cum cedrum appellavit, intellexisse ipsum propter similitudinem juni- perum, putandum: quod verius puto. (Quin potius, pace Victorii, per cedrum intellexit oxycedron, non autem juniperum), cuius tamen lignum, & figuram aliquatenus refert.) Huic simile est illud è Georgicis, nescio quomodo appellem, quod cum de pastoribus canibus præcipe- ret, venatque, inquit:

*Sæpè etiam cursu timidus agitabis onagros, Et canibus leporem, canibus vobnere damas.*

Neque enim onagri ulli in Italia (quibus populis videtur ille artem colendi agros, & pacendi tradere voluisse) neque in vicinis etiam regionibus. *Vistor. lib. 38. var. lect. c. 1.*

**C** ODETTUS Pöissus, Lotrechii regulus, Gallici exerci- tus contra Carolum V. Cæsarem in Italia Dux, ab initio obdi- dionis Neapolitana, quorundam exulum Neapolitanorum monitu tam importuno, quam postea extitit, aique perennis aque dictum concidit, ut obsecris Cæsarianis copiosissimum fontem, qui multis per urbem locis fymphonibus largitur lym- phas fundunt, commodatèm eriperet. Necessario namque tota ea aque vis, multasiam corrivata per subiectam plani- ciem ita spargebatur, ut sensim exundante, & mox subsi- dente humore, eorum camporum gleba putresceret, orire- turque inde crassum nebula, excitata quidem, sed semper indomita Solibus, qua ideò febres progigneret, & totis cas- tris evulgaret. Proinde oborta pestilentia, & promiscuum vulgus militum absumpsit, & tandem quoque ipsum Lotre- chum. *Jovius lib. 26. Hist.*

**PHYSICA CERTAMINA TUM IN GENERE, TUM IN SPECIE, UT ANATOMICORUM, Herbariorum, & similium.**

Tirefias electus arbiter (ut ajunt) ab Jove, ac Junone de amoris quantitate contentendibus, tres amoris unicus **H** in viro, novem in femina pronuntiavit. *Cælius lib. 14. c. 14. Antig. Lect.*

Lajo rege à filio Oedipò inter jurgium occiso, Sphingem belluam biforcem venisse Thebas ajunt: Proposuisseque ænigma, quod qui non solverent, perirent. Ex quo multi ob rem dubiam interierunt. Solverit præmium Jocasta con- nubium, & Thebanorum regnum propositum erat. Id extat lib. 10. Dipnosophistarum Athenæ, ex Asclepiade in his, quæ de tragedia scriptis, desumptum:

*Εἰ δὲ Νύκτωρ ἴσῃ γῆς, ἢ ὑπερπῆρας, ἢ μὲν ἡμεῖς, ἢ ἄλλοι, ἀνάστα ἢ ἡμεῖς μόνον, ἢ δὲ ἄλλοι πάντες, ἢ ἡμεῖς πάντες, ἢ δὲ ἄλλοι πάντες, ἢ ἡμεῖς πάντες, ἢ δὲ ἄλλοι πάντες.*

Est bipes supra terram, & quadrupes, cujus una eademque vox, & tripes: Mutat verò naturam solum inter omnia, quæcunque super terram reptilia moventur, perque aerem, & in

in mari. Sed cum festinans pedibus pluribus perrexerit, ibi **A** celeritas membris maxime imbecillis existit. *Paulianus, Suidas, & Palæphatus, in μυθολογίαις. Auso- nius Poeta in Grypho ternario sic reddidit.*

*Ille etiam thalamos per trina ænigmata quærens, Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia solus. Terruit Æoniam volucris leo, virgo triformis, Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.*

Sphinx dicta, *αἰὲς ἢ οἰζύων*, quòd mentes hominum suis ambagibus constringeret. Tandem Oedus modum explica- vit, hominem id animal esse, qui infans quatuor itet pedibus: auctus ætate, duobus: jam senior factus, tribus, cum baculo tanquam tertio pede sustentaretur. Sphinx seipfam ex loco excel- so præcipitavit. *Diod. lib. 4. c. 6.*

In Alexandri Comitatu Callisthenes Peripateticus, & Ana- xarchus Abderites fuit, in Hyrcania memorat orfo super cœnam aliquando de tempestatibus anni, & aeris temperatu- ra sermone, assentientem Callisthenem opinionii illam regio- nem assentientem gelidiorem, & rigentiorum Græciæ, repu- gnante obstatæ Anaxarcho, dixisse: Enimverò non potes **B** non fateri intentionem hic quam illic rigorem esse. Quippe tu in læna illic hyemem traducebas, hic tribus velatus tapeti- bus recumbis. Id vehementer exasperavit Anaxarchum. *Plut. in Alex.*

**D**IPHILUS tres Samias Puellas inter convivium ænigmata proponentes induxit in Theseo, atque propositum fuisse à prima ænigma: Quid omnium esse durissimum. Eamque ferrum dixisse, hoc arguunt, quòd eo omnia excavarentur, secarenturque. At secunda fabrum ferro fortiorem esse asseruit, qui illud scilicet, mollit, curit. Tertia ut erat im- pudentissima, Verè ferrum fabro plus exhibere dixit negotii, quam faber ferro. *Athen. lib. 10. cap. 16.*

**D**IOGENES Cynicus rationes illorum, qui motum nega- bant, apposite satis eludebat. Cum enim hæc de re interro- garetur: Miror equidem (ajebat) cur, si motus non sit, nautæ quotidie clamant, ad Rhodum, ad Cnidum, ad Co. Et ipse ne tentabat quidem hujuscemodi diluere sophismata, quæ ad- versarentur his, quæ evidentia sunt. *Galen. de causis præcat ar- dicitis c. 2. & Sextus Empiricus.*

**D**IONORUS Cronus Scepticus hujuscemodi argutia motum tollebat. Siquid moveatur, aut in loco, in quo est, movetur, **C** aut in quo non est. Atqui nec in quo est (manet enim) nec in quo non est (quomodo enim aliquid æquat in illo, in quo om- nino non est?) Non ergo moveatur quicquam. Ad eum cum vocatus esset Herophilus Medicus, hoc luctatum humerum, sic cum irrisset. Aut in quo loco erat humerus existens excidit, aut in quo non erat. At neque in quo erat, neque in quo non erat. Ergo non excidit. Cronus verò, ut omnis ineptus oportuno adhiberet remedium, obsecravit. *Sext. Empiricus lib. 2. Pyrrh. hypotb. c. 22.*

**P**TOLEMÆUS Ægypti Rex Spherum Cleanthis Stoici discipulum, *σφῆρα* in omnibus sectantem, in cœna irri- sit, cum is ad aves affativæ ex cœna confectas manus ex- tendidisset tanquam ad aves veras. At ille, ne sibi deesset, respondit: Non te assensisse, ut veritati, sed ut probabilitati. Dicitur enim *σφῆρα*, ut *σφῆρα*, ut *σφῆρα*, ut *σφῆρα*. *Athen. lib. 8. c. 8.*

Scribit Plutarchus in Theseo, navim, qua in Cretam The- seus delatus fuerat, ad Demetrii Phalerici tempora Athenis servatam custodiri. Et qua longo ævo absumpta materia fuit,

**D** lignis antiquioribus detractis, novisque coaptatis, diu man- sisse. Eaque cum eadem Thesei navis diceretur, apud Phi- losophos, aliofque Physicæ studiosios, an eadem esset navis, an verò altera, ancipitem questionem incidisse. Quam ex Hemolai Barbari Philosophi, & Jurconsultorum sententia *Alex. lib. 3. c. 1. explicat.* Quam rêdè, viderint Physio- logi. Idem fives eadem dicitur, partim essentialiter, partim accidentaliter. Essentialiter quidem, quando materia eadem formam habet eandem: formam inquam essentialem, non accidentalem. Nunc quia Argo navis formam externam ac- cidentalem quidem habet, verum materiam novam, non eadem erit dicenda, quæ olim fuit. Accidentaliter verò, quan- do ex accidentibus res dicitur eadem, vel diversa. Sic apud Ju- recosf. græx nova sobole sufficit, & populus Romanus eam- dem servans politia rationem, idem nomen, eandem urbem, idem nunc est, qui ante mille annos fuit: & navis Argo eandem servans navis formam, licet tignis detractis ex alia materia coaptata sit, navis eadem dicitur.

**G**ALENI Pergameni discipuli, cum præceptore suo uno ex

Athenæi Atralei sectatoribus, qualitates primas non esse ele- menta prima, concertationem *post ex Gal. lib. 1. de Elem. E. cap. 6.*

Duo inter se Philosophi contendebant. Alteri aqua lignis gravior esse videbatur, quia aquæ minus inesset vacui quam li- gno: alter ligna graviora esse contendebat, quia substantiam haberent constitutam, densamque. Architectum quendam ro- gabant, quifiam esset modus, per quem deprehendere possent, utrum eorum gravior esset, cum neque lancibus, neque vasis, ob corporum disparitatem, id fieri posset. Architectus illorum stupiditatem ridens, quia ea quæ extra mundum sunt quæ- rent, cum quæ in mundo sunt ignorarent, rationem facillimam, qua ligni, & aquæ pondera diducerentur, proposuit, quam tamen Philosophi illi vix ter repetitam assequi potue- runt. *Gal. de Cujusque animi pec. medela, cap. ult.*

Tres alii Philosophi inter se digladiabantur. Peripateti- cus mundum unicum, plenum, extra quem nihil esset vacui asserbat. Stoicus mundum unum, plenum, sed vacuum extra mundum constituebat. Epicureus ut vacuum magni- tudine infinitum, sic mundos in ipso multitudine infinitos esse volebat, nullis demonstrationibus, sed verisimilitudini- bus tantum freret. *ibid.*

**G**ALENUS Medicus Alexandro Damasceno, Boethi præ- ceptori cum de voce, & respiratione controversia incidisset, promittebat se nervos quosdam ostensurum (in hædis, ac porcis) minutos, & capillorum instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculus gutturis immis- sos: quibus vel laqueo interceptis, vel cultro abscissis, vocis impotens animal redderetur, nihil alioqui, quin cætera para- gat, impeditum. Tum Alexander interpellans: Si prius (in- quit) tibi concessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ille verò hæc audiens, relictiis omnibus abiit, hoc unum subiciens, quàm se sua fessisset opinio, non enim ad rudes Pyrrhonios venturum se putasse. Nec multò post, convocatis omnibus, & Medicis, & Philosophis, qui nomen aliquod haberent, dissertationem magna cum gloria perfecit. *Gal. lib. de Præcognit. ad Posthumum.*

Idem Elephanto Romæ jugulato, cum Medicis contendit, eandem esse illius structuram, quæ in cæteris animalibus, os similitèr proportionem sui corporis maximum habere. *Teslis ipsomet lib. 7. de Anatom. administr. c. 10.*

Martialis duos libros in anatomia scripsit, valde probatos. **G** Contra quem Galenus scripsit ambitiosius aliquo tantum librum, quem de anatomia Erasistrati inscripsit. *Teslis ipsomet de Libris propriis.*

PHYSICÆ STUDIUM, ET AMOR.

**U**LYSSES Homericæ peregrinatio ad Æolum, naturalis Phi- losophiæ studio influtura esse videtur: Æolique antrum, & filia multa in se condita habent Physica Mysteria. Rex Ven- torum Æolus esse fingitur, quia causas ventorum, naturam, & ortum sciebat.

Græcis in cæteris Philosophiæ partibus, & in hac potissi- mum, non tam inveniendò acuti, quàm discendo industrii fuere. Non piguit illos exilia verius quàm peregrinationes, ut inquit Plinius, ad Ægyptios, ad Chaldaeos, ad Indorum Brachmanas cruditionis causa suscipere, ut ea quæ peregrè à Barbaris didicissent, domi pro suis vendicarent. *Lucretius* certè libro primo studium illorum, & Epicurii in primis, his verbis declarat:

*Humana ante oculos sædè cum vita jaceret In terris oppressa gravi sub religione, Quæ caput à cæli regionibus ostendebat, Horribili super aspectu mortalibus instans: Primum GRATUS homo mortales tollere contra: Est oculus ausus, primumque obfistere contra: Quem nec fama Deum, nec fulmina, nec minitanti Marmure compressit cæsum, sed eo magis acrem Virtutem irritat animi, constringere, ut ardua Naturæ primus portarum claustra cupiret. Ergo vi vida vis animi pervicit, & extra Processit longè stammantia menia mundi: Atque omne immensum pervagavit mente, animoque: Unde referit nobis videtur quid posse oriri, Quid nequeat: finita potestas denique cuique Quænam sit ratio, atque aliè terminus hærens: Quare religio pedibus subiecta vicissim Obteritur, nos exæquat victoria cælo.*

Fertur Diomedes, ut cervorum vivacitatem fere prosteritati notam faceret, torquem arcum cervi collo addidisse, circa quæ aucta sit caro, & cervus postea captus ab Agathocle rege Siciliae



